In Dei nomine. Sit notum omnibus presentibus atque futuris. Quod ego don Enneco Luppi de Ricla. bono corde et animo volenti dono et
concedo tibi Enneco Luppi filio meo et filio quem fuisti de domna Sancia uxore quondam mea cui sit requies. omne quicquid habeo in villa de
Artos et in terminis suis que partit terminum cum Albalat de episcopo et cum Arinno totum ab integro cum domibus casalibus cum
vineis campis cum ortis ortalibus et cum herbis cum heremis et populatis cum montibus cum silvis lignis fructualibus cum defe-
sis cum aquis piscosis et non piscosis cum pascuis pratis et cum omnibus iuribus et pertinenciis suis que predicte hereditati per-
tinent et debent aliquatenus pertinere et ego habeo et modo aliquo debeo habere. Et ultra hec dono et concedo tibi omnem partem et
directum quod ego vel tu sive fratres tui expectabamus habere per avolorio tuo vel per aliquo modo in Albalat de episcopo et in terminis
suis. Suprascripta omnia dono et concedo tibi in casamento cum Jordana filia don Aznar d'Assa et de domna Toda. ut habeas
tu et filii tui et omnis generacio ac posteritas tua in perpetuum ad hereditatem tuam propriam ad faciendas tuas proprias voluntates. Sub
tali conveniencia quod cum hoc sis pacatus de dotibus tuis et ab omnibus bonis mobilibus et inmobilibus patris et matris tue quod
nullam aliam rem queras tu vel aliquis per te per dotibus vel per bonis patris vel matris tue. Et ultra hec volo et concedo tibi
quod habeas partem et fratrescam tuam tamquam unus ex fratribus tuis in omni quicquid lucratus fuero et dominus rex dabit mihi in ista conquista
terre Sarracenorum. Et ut de hoc toto donativo securior sis. dono tibi fidancia salvetatis per bonum forum Cesarauguste et de toto attan-
dere et complere sicut superius continetur. don Garssiam Perez de Liesa. Et ego don Garssias Perez de Liesa. libenter sum hoc donativo me
fidanciatorem constituo et concedo. Huius rei rogati sunt testes. don Eximinus Dain. don Petrus Bandres. don Petrus Abbat d'Assa
frater don Aznar. et don Vidal de Rimo Cavera. Facta carta. VII. dies in introitu mensis septembris. Era M. CC. LXX. XI.
Signum Enneci Martini de Alagar qui hoc scripsit.

GOBIERNO DE ARAGON

8/4
1238-9-7

Leg° II
Christen

n: 41

1238

49

No toca nada a la [illegible]
al Gobierno

GOBIERNO DE ARAGON